



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Queritur de nimio & nouo amore.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

Sed te dum Phrygiae deterrent classici pugnae q; nobis  
 Adueteres lusus o' mea Musa rediſ.  
 Nunquid dura nimis tibi Martia caſtra uidentur?  
 Otia quæ ſemper, deliciasq; colis.  
 Scilicet in nobis eſt conſuetudo magistra.  
 Hæc ſtudia, hæc artes ingenioſa facit.  
 Quod ſi conſueſces paulum sudare ſub armis,  
 Mox tibi fidenti Martius ardor erit.

QVERITVR DE NIMIO & nouo amore.

e Cœ nouum nobis indicit Cypria bellum,  
 Ecce alias in me ſumit Amor faculas,  
 Mater io, iuuenem quis me tibi dulcibus annis  
 Eripit, & moſtos ingerit in cineres?  
 Nam mea crudeles tetigerunt corda sagittæ,  
 Atq; animam petiſt unulneris asperitas.  
 Mater io, mea mater io ſuſurre dolenti,  
 Mater io, mi grat ſpiritus in tenebras,  
 Et tu chara tuo ſoror o' dulcissima fratri,  
 Ac per quam fuerat uiuere dulce magis,  
 Iamq; uale, & cineres fratris germana reponē,  
 Curabisq; pias funeris exequias.  
 Cinnamas in ſano dilexi ſemper amore,  
 Et placuit præ te fœmina nulla mihi,  
 O' tantum liceat miſeræ ſperare fauillæ,  
 Ut post noſtra tuus funera uiuat amor.  
 Quamuis cauſa meæ fueris tu mortis dœrbæ,  
 Crimina non tua ſunt, culpa ſed eſt Veneris,  
 Nam mihi, quod caſtam decuit preſtare puellam,  
 A' te ſeruata eſt ſemper honesta fides.

## AMORVM

Non pretium mihi tē, filium non abstulit aurum,  
Quæq; animos capiunt munera magna leues.  
Sed quid liuentis in me convirtitis hydros,  
Infaustasq; faces Thisiphona cohors?  
Parcite crudeles Erebi Ditisq; ministræ,  
Et canis, & Stygijs lurida cymba senis,  
Parcite, non uestrum est manes retinere poetæ,  
Elysia est nobis namq; parata domus.  
Ilic nos nitidi manet aurea Musa Catulli,  
Cuius adhuc etiam Lesbia in ore sonat.  
Cui tantum dicunt hi se debere libelli,  
Quantum nec caro filia blanda patri,  
Quam iuueni ardenti multa cum dote maritam  
Perducit cari coniugis in gremium,  
Illa suo grates persoluit lœta parenti,  
Quod dederit nomen coniugis ac dominæ.  
O' quicunq; meum comitati funus amici,  
Viuite felices commemoresq; mei,  
Etsi quando nouos tulerit Campania uates,  
Namq; illa & domus & patria Pieridum est.  
Illa mihi puero sedem, studiumq; Camœnæ,  
Illa mihi nomen contulit ac dominam,  
Dicite me iuuenem perisse in amore, meæq;  
Vniat quod fuerit fœmina causa necis.

## ALLOQUITVR Suspiria & lacrimas.

O' iucunda mei suspiria nuntia cordis,  
O' oculi nunc iam flumina, non oculi.  
Hæc mandata meæ constanter ferte puellæ.  
Gaudeat ut solita est fletibus illa meis.